

- chicos vellent ecclesiã eieetos. Et penes extraneã religionis prin-  
 cipes etiam animos occupant adversus populum DEI. Ita enim in  
 primis aulas magistratum occupant, sicut Daniel †) principes regni  
 Persia & Gracie memorat. quã ratione Origenes atque alii Patres  
 \*) c. XIV, 12. Jesaiam \*) annotant Luciferum cœlo lapsum appellare dæmonem  
 †) c. XXVIII regni Babel, & Ezechieli †) regem Tyri esse dæmonem, ejus regni  
 120 magistratui se imprimis adungentem. Neque ignorare possunt  
 maligni genii, à DEO esse institutos magistratus, cum inter ipsos  
 met, ex primo statu, regni magistratus & subiectos habentis forma  
 \*) Luc. XI, manserit, ceu vel Salvator ipse \*) concedit, etiam diabolorum regi  
 18. 17. tribuens, quod probe noverit: cives regnum ampliantes juvandos  
 potius quam coërcendos & discruciantos esse. Licet impuden-  
 †) Luc. IV, tissime utique coram CHRISTO tentator ille †) se pro constitutore ma-  
 5. 6. gistratum vendere fuerit ausus, ostensis omnibus terræ regnis  
 ei dicens: *Tibi dabo potestatem hanc universam & gloriam illorum,*  
*quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa.* Cum tamen, ut  
 \*) Joh. XII, *οὐρανῶν καὶ γῆς* \*) tenebrarum hujus seculi sit, neque porci †) ta-  
 30. Eph. VI, men ullius habeat potestatem: & non possit non nosse \*) adversus  
 12. impium Saulem ac Achabum & que, ac pium Davidem non nisi iræ  
 †) Matth. Divinæ famulum se existere. In statu OECONOMICO Divini-  
 VIII, 31. tus constitutam Parentum præ liberis, Dominorum præ servis præ-  
 \*) 1 Sam. rogativam tanto magis nosse censendi, quo magis illam quotidie  
 XVI, 14. evertere nituntur DEO semper adversantes illi Spiritus. Nec CON-  
 1 Reg XXII, JUGIÛ prohibitiõ inter †) doctrinas dæmoniorum esset, nisi nosset  
 22 1 Paral. ea divinam id esse ordinationem. Pulchre Theodoretus h) de He-  
 XXII, 1. coll. reticis, quid docente illos Satana nubere ac generare à Satana esse do-  
 2 Sam. cebant, *Belium*, inquit, *illi adversus creatorem hujus universi ge-  
 XXIV, 1. rebant, ideo ne per matrimonium opificium ejus augetur formida-  
 †) 1 Tim. bant.* Vti libellus Tobia \*) *Asmodeum* memorat, quibusque ma-  
 IV, 1. 3. trimoniis possit nocere quibus nequeat, dissevit. Ipsorum vero  
 \*) c. III, 8. spirituum malorum vel inter se, veletiam cum hominibus conjugii-  
 VI, 17. 18. um, quo etiam Patres nonnulli i) eos lapsos putarunt, nulla probabili  
 ratione asseritur; multoque minus locus Genesios †) id compro-  
 †) c. VI, 2. bat, qui filios DEI filias hominum ambiisse memorat. Quam ve-  
 teres quidam nectunt dæmonum genealogiam, locum Jch. VIII, 44  
 ita legentes: *Vos estis ex Patre diaboli -- ille homicida est ab initio,*